Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentaria in universam artis logicam - Cod. Ettenheim-Münster 277

[S.l.], [17. Jahrh.]

Dvbivm sextvm

urn:nbn:de:bsz:31-129937

Visual Library

DUBIUM SEXTUM

An Divisio quantitatis in Continuam et Discretam sit generis in species et quinam sint proprietates quantitatis.

Chō 1a. Divisio quantitatis in Continuam et Discretam est generis in species

Haec Chō est contra aliquos Recentiores qui arbitrantur esse divisionem analogi in sua analogata ut ex argumentis infra patebit.

Sed tamen contra hos Chō. Illae sunt verae species quantitatis quae participant naturam quantitatis illamque contrahunt et determinant per varios gradus in ipsa essentia quantitatis radicatos sed quantitas continua et discreta participant essentialiter naturam quantitatis essentiamque illius contrahunt per varios gradus ergo haec divisio est generis in species ma. pat. in arguti respectu hominis et bruti pro ma. Et in prima quod participant essentiam quantitatis quae consistit in extensione aptitudinali pat. nam continua quantitas est extensio et in quantitas discreta est extensio ut praecedenti dubio dictum est, competuntque ei omnes proprietates quantitatis quae est divisibilis et measurabilis ergo ma. quod ad ipsam partem vera, quod v. determinant essentiam quantitatis per aliquos gradus in ipsa radicatos probatur essentia quantitatis est extensio sed aliam extensionem dicit quantitas continua, aliam v. quantitas discreta ergo addunt aliquos gradus distinctos in ipsa essentia quantitatis radicatos ergo pat. probatur ans. In quantitate continua partes extensae sunt continuae et divisibiles in quantitate discreta v. partes sunt discretae et indivisibiles vel inextensae ut pat. in numero ternario, ergo alia extensio est in quantitate continua et alia indiscreta.

Chō 2a. Quantitas completa est genus respectu quantitatis continuae et discretae

Haec Chō ponitur ex Maiori explicatione praecedentis Chōis.

Et pro. Illud est genus quod predicatur de pluribus specie differentibus
in quo sit quantitas completa in eo predicatur hoc modo de continua et dis-
creta quod illa erit verum genus respectu illarum. pro. m. in pro quod
quantitas completa predicatur in quo de continua et discreta quantitate pat.
Quanti sicquidem quod sit quantitas discreta et continua recte Rx quod
sit quantitas. quod v. dicunt specie pat m. non enim solo numero dicunt
cum habeant diversas dicunt centrales quod differunt specie
Et hoc magis patebit infra in declaratione quantitatis continue et discrete
quarum naturas et centras quantitatis describit cum descriptionibus suis
explicatur unde et sit

Ctio 3. Quantitas continua definiri solet cum hoc modo quod sit
extensio quedam cuius partes copulantur termino communi ut v. g.
Linea est quantitas continua cuius partes copulantur termino communi sc. puncto
Qui terminus dicitur communis quia dicitur esse finis unius partis et principium alterius
et est sermo de termino continuativo formaliter si non sermo sit de termino
inchoativo aut terminativo scilicet ut est primum et ultimum
punctum in linea illa non potest dici communis terminus sed potius singulis
quia tamen se habet in ordine ad unam partem et hinc non est quod terminus quantitatis
continue debeat esse quod indivisibile in quantitate existens, si non esset alterius
divisibilis iam non posset dici terminus cum haberet adhuc aliquid aliud pro termino
et hoc indivisibile in linea est punctum, in superficie linea In
corpore superficies.
Dices. Linea est divisibilis similiter et superficies quod non potest dici
terminus communis de cuius ratione est indivisibilitas Rx Lineam sicut et
superficiem esse divisibilem manifestum, non formaliter in ratione termini in
quantum sic: Ex linea et superficie componuntur certe species quantitatis
continue, licet non linea secundum se sit divisibilis quia est quantitas non tamen
est divisibilis in quantum constituit superficiem sed sub hac ratione

in hac quam indivisibilitatem. in hac quam divisibilitatem
Haec quantitas continua solet dividi in successivam et permanentem
Permanens est extensio partium simul existentium quae copulantur tamen
cum ut linea est quantitas continua permanens quia omnes eius partes existunt
unitae tamen cum quantitas successiva est illa cuius partes copulantur tamen
cum sed non simul existunt ut tempus est quantitas successiva cuius
partes praeteritum sc: praesens et futurum copulantur tamen cum instanti
sc: vel momento sed tamen non simul existunt hoc est eodem tempore
sed una pars succedit alteri, unio tempori sicut et motui repugnat
nam haec partes simul existentes quia ex sua essentia est ens successi-
vum de cuius ratione est haec partes sibi invicem succedentes.
Quantitas continua permanens dividitur rursus in lineam superficiem
et corpus. Linea est extensio quaedam habens longitudinem sine la-
titudine et profunditate. Superficies est extensio habens latitudinem
et longitudinem absque profunditate. Corpus est extensio habens longitu-
dinem latitudinem et profunditatem.
Tertio cum haec quantitas sup. sit possibilis Etchic No. distinctio
Inter corpus praedicamenti substantiae et nihil corpus quod ponitur in praedicamento
quantitatis. Corpus substantiale directe positum in praedicamento substantiae nihil
est aliud quam totum compositum naturale ex materia et forma sicut homo dicitur
corpus sive substantia corporea quia est compositus ex materia et forma et dixi
Corpus substantiale directe positum dicere totum compositum quia corpus
reductive positum in praedicamento substantiae non asserit totum compositum
sed tantum partem aliquam componentem ut materiam vel partem integrantem
ut pedem aut manum et corpus in hac acceptione sumptum quod significat
tantum partem compositi naturalis ad nullum praedicamentum directe spectat
quia ut sic est ens incompletum. Corpus ergo quod directe ponitur in praedicamento
quantitatis distinguitur a corpore sumptum utramque priorem considerationem

Et nil est aliud quam quantitas, sive extensio in partibus in suo conceptu essentiali trinam dimensionem, nempe longitudinem, latitudinem et profundum, quam supponens tamquam fundatum ipsum corpus substantiale.

Circa has duas divisiones est gravis concertatio An sit genus in species vel analogi in sua analogata. Et circa 1. quidem quaerit An quantitas successiva sit: Tempus vel Motus sit vera species quantitatis derecti posito in praedicamento quantitatis quidam affirmant quidam vero negant sed quia haec res physice vel potius Metaph. negotii esse videtur, nil nos hic determinabimus, utraque enim opinio est probabilis. Rationes quae pro utraque parte afferri solent sunt multae nos una vel altera contenti erimus.

3a pro parte affirmanti sit haec. Tempus et motus habent proprias extensiones distantes ab extensione lineae superficiei et corporis quae constituunt proprias species quantitatis consequentiae patet. Probatur antecedens. Linea superficies et corpus sunt extensiones partium vel rerum permanentium, extenduntur res permanentes ut dictum est, atque motus et tempus habent extensiones successivas et extendunt res successive quae habent proprias et distantes extensiones.

3a est ratio partis negantis. Et in primis de Motu Motus est secundum Artem post praedicamentum quod non poterit esse certa species alicuius praedicamenti consequentiae patet. Deinde Motus est ens incompletum quia est actus entis in potentia quod in potentia quod non potest esse species praedicamenti quantitatis, quia debet esse quod completum. De tempore idem probatur. Tempus non est per se extensum quod non est species distincta quantitatis consequentiae patet. Probatur antecedens. Tempus dicitur extensum in ordine ad motum, Motus vero in ordine ad spatium in quo fit motus quod tempus non est per se extensum sed per aliud sic: per motum quod non est species quantitatis et haec ultima sententia negantis nobis magis placet

Unde ad rationem pro affirmativa. Ad illam extensionem non competere
motui et tempori per se sed per aliud sic: per spatium, imo tempus
cum non sit alia entitas realis quam motus a quo sola ratione differt
non poterit esse certa species generis sicut nec ipsi motus. Et cum Artes
hic numeravit tempus inter species generis id facit non ex propria
sed vulgi potius sententia. Ex quo facile patet quaestio sit haec divisio
Est enim potius analogi in analogata quam generis in species.

Circa 2. m divisionem generis continui in lineam superficiem
et corpus est quaestio An haec 3 membra sint vere species generis
continui. Ad affirmativam. Ratio est haec 3. membra participant
essentialiter naturam generis continui et insuper habent differentias essentiales
in ratione formali generis radicales ergo sunt vere species generis continui
et quidem adaequate. nec enim ulla alia species afferri poterit
Unde putamus locum non esse speciem distinctam generis continui
a superficie quia locus secundum eius definitionem nihil est aliud
quam ultimus superficies corporis continentis immobilis
de qua definitione plura dicimus in physica

Circa 4. Quantitas discreta est cuius partes nullo termino
communi copulantur vel cuius partes ad nullum terminum communem
copulantur ut numerus ternarius v. g. est quantitas discreta
quia partes eius non uniuntur cum aliquo termino communi quam unam partem
necessarium alia sed omnes eius partes sunt discretae sive secundae
ut patet.

Quantitas discreta dividitur in Numerum et Orationem. De
divisione non quaestio est quaestio sit. Ad Numerum esse veram
speciem generis directe possibilem in praesenti praedicamento
non vero orationem.

Ad 1. Numerus est ens per se completum quod spectabit ad aliquid
praedicamentum per se sed non ad aliud quam ad hoc praesens quod erit
vera species subalterna illius. Probatur ma. numerus est genus respectu
ternarii et quaternarii quod erit ens per se completum consequentia
pat. E
Ex. pbr. Oratio non est per se extensa quod non poterit esse species quantitatis
consequentia pat. probatur antecedens quia oratio est extensa ad extensionem ipsius
motus pronunciationis quod non est per se extensa.
Utraque tamen non sunt probabilis unde quod magis placuerit defendi
poterit.
Ad 5. 5. Assignari solent proprietates quantitatis.
Prima est quantitati nihil est contrarium. Haec proprietas non convenit quanti
4. modo cum non conveniat substantiae. Exempl. h. proprietas est
tinea quae non contrariatur alteri tineae, cum ab eodem substantia
se mutuo non expellat, quia tamen expulsio requiritur ad hoc.
Ex. proprietas est quantitas non suscipit magis et minus probatur sus
cipere magis et minus est intendi et remitti in eodem subiecto
sed intensio et remissio convenit tamen qualitatibus quod non est ergo proprietas
et haec proprietas non convenit quanti 4. modo cum non conveniat substantiae
3 est. quod sunt quantitatem aliqui dicunt aequalia et inaequalia, nam duo
tigna vocantur aequalia quia habent aequalem extensionem et duae actiones dicuntur
aequales quia earum tempora sunt aequalia et tempora dicuntur aequalia quia motus sunt
aequales et motus dicuntur aequales quia spatia sunt aequalia.
Haec proprietas ut illius Nb. ex Caret. Aequalem posse et Inni p.
proprie ut distinguitur ab similitudinem et dicit relationem unius quanti
ad aliud quantum sunt negationem excessus hinc et inde et sic sequitur
quantum et est proprietas illius.

Alio mo sumitur Aequalitas Metaphorice quae pro ut idem est quod perfecta
similitudo et nil est aliud quam relatio unius se habentis ad modum
quali, ad aliud si habens ad modum quali secundum negationem excessus
hinc et inde et sic aequalitas seu quantitatem similitudinarie dictam
sc. quantitatem virtutis de qua sup. Et ex hoc DD. facili possunt
solvi omnia argumenta quae fieri solent in hanc proprietatem quae secundum Aristotelem
competit quantitati 4o modo, ut eius verba clare indicant. Si tamen
intelligatur de aequalitate vel inaequalitate proprie sumpta. Est tamen
aliquantis difficultas An ipsa relatio aequalitatis vel inaequalitatis
sit proprietas quantitatis An potius fundatum h. relationis. Secundum Caiet.
videtur ipsa relatio esse proprietas quantitatis. Alii v. dicunt Aptitudinem
sive fundamentum ad habendam aequalem vel inaequalem
extensionem esse proprietatem quantitatis et hi Auctores magis placent.
Differtur ipsa proprietas sumpta pro aptitudine ab ipsa quantitate eo
modo quo a substantia distinguitur modus substandi accidentibus si:
sola ratione ratiocinata.
4a. Proprietas quantitatis est divisibilitas quae competit in illi 4o
modo et non intelligitur de actuali divisione, haec namque est merum
accidens sed intelligitur de proxima potentia ad divisionem praescindendo
a divisione physica et Mathematica. Divisio Mathematica
est illa quae sit tantum per designationem alicuius unam partem ab alia se
parantis et quod sit proprium quantitati potest dividi non eget longa
probatione quia quantum ex eo quod sit quantum dicitur habere partes extensas
Et ita ~~[illegible]~~ in nostro dicitur esse divisibile, omne n. in partes quas habet potest dividi.
5a. est esse Mensuram sumendo mensuram tam active quam passive
et haec mensurabilitas non convenit quantitati 4o modo. Si n. sumatur
ratio mensurae activi illa non convenit uniti quia tamen non est quantum cum

careat omni pluralitate extensionis, si s. sumatur passive ratio mensurae non convenit quantitati nisi illa n. non potest mensurari, quod si loquimur de quantitate tunc similiter ratio mensurae convenit ei secundum modum sic: omni quantitati et si non soli. Et quod ratio mensurae sit proprietas quantitatis probatum est sup. dub. 5. His proprietatibus solent nonnulli annumerare, impenetrabilitatem et non male quia impenetrabilitas hoc modo describitur impenetrabilitas est incompossibilitas duorum corporum in eodem loco quae incompossibilitas oritur ex vi quantitatis sive extensionis aptitudinalis de qua plura alibi.

Arg. 1° Una species non potest praedicari de altera sed quantitas discreta praedicatur de continua ergo non erunt duae species. et consequenter 1a divisio non erit generis in species, ma. pat. quia duae species sunt contrariae oppositae ergo nequeunt de seipsis praedicari. Probatur de lineis quae sunt quantitates continuae dicitur quod sunt 20 cubi 5 sed hic numerus est quantitas discreta ergo illa praedicabitur de continua. Ratio 2a ma. non potest praedicari contrariae secundo ma. denominativae ergo ma. Exempl. h. rei clarum habemus. In 3 verbis quae sunt vere species verbis et tunc sed verbis quod sit species praedicatur de 1. genere sic: quod sit species.

Arg. 2° Nulla species potest fieri ex alia sed quantitas discreta fit ex quantitate continua ergo non erunt duae species ma. pat. in omnibus speciebus. Non hoc potest fieri ex equo. ma. plus ex divisione continui resultat numerus et est communis quod numerus fiat ex divisione continui ergo quantitas discreta fit ex quantitate continua. Ratio 2a ma. nulla species potest fieri ex alia formaliter secundo ma. materialiter ergo ma. sicut numerus ternarius quae species differt a binario fit ex binario non formaliter sed tunc materialiter. Dices si discreta quantitas fit materialiter ex continua ergo quantitas prius praedicabitur de continua quam de discreta ergo quantitas in eo non habebit rationem generis

respu gentis stimmi et discretae qa gnus n̄ p̄dicat p̄ prius et posterius
Rx dic. 1. eius gō p̄dicabit p̄ prius de stimma maiorit secu-
sseq. fortit nō sseq. et sic n̄ nōq ultima sseq. qa ut aliqd
ex. tudat a ratione gnis dt fortit p̄dicari p̄ prius et posterius
hoc ē sdm fortitudo ut pat in Eulo respu substiae et accidentis.
Rx 2. ad argtm. Numerum p̄ se n̄ fieri ex divisione stimmi
sed tm p̄ accns ut pat. in numero caelorum q n̄ videt fieri ex
divisione stimmi.
Alia argta q fieri solent ea proprietates gentis videri poterunt
in Auctoribus.
Unum tm Dub. p plenori gentis ultra restat solvendum. An
entitas sc: differat realiter a substia an tm ratione ratiocinata
Huic dub. Rx 1. Entitem distingui fortit a substia. pro
qa gentas et substia constituunt duo distia p̄dicamenta ut pat.
gō dnt distingui fortit sseq. reali inferr ex dictis sup. de
distinctione p̄dicamentorum inter se et p distinctionem fortem
hic intelligimus distas distinctiones sunt distinctos conceptus.
Rx 2. Entem n̄ tm fortit sed tm realiter distingui a substia.
Pr. Illa distinguitur realiter q ab invicem possunt separari vel
quam unum p̄t existere sine alio in rerum nāa sed gentas
p̄t separari a substia et separatim ab illa existere in rerum
nāa gō distinguitur realiter ab illa, ma. videt certa nec n.
evidentiis signum distinctionis realis p̄t assignari sine separatione
unius ab alio a p̄te rei. ma. pat. In Venerabili Sacramento
Eucharistiae ubi sdm fidem substia panis convertitur mirabiliter
in substiam corporis Xi remanente sola gentis panis cum aliis accidentibus.

pt separatim gratias existere a substrato et quod distinguatur realiter ab illa et haec de quantitate dicta pro nunc sufficiant.

Haec de quantitate sint dicta et scripta.

CAPUT DE RELATIONE.

DUBIUM SEPTIMUM.

An Relatio constituat distinctum genus Entis et quae conditiones requirantur ad relationem praedicamentalem.

Sensus est An relatio constituat praedicam. distinctum ab aliis. Hoc antequam probetur. Videndum est an relatio sit verum ens reale, quidam enim relationes naturam ita diminutam existimant ut ei nullam entitatem realem audeant attribuere. Sed contra hos est.

Ctio 1a. Dantur aliqui relationes quae veram et realem habeant entitatem.

Haec est communis inter Peripateticos et sensus eius est. dari relationes aliis quae sint vere entia realia.

Probatur 1o. Ex ipso Arte. Membra dividentia debent participare naturam divisi sed divisum in 10 praedicamenta est ens reale ergo illa debent participare naturam entis realis. Tunc sic. sed secundum Artem et omnes Peripateticos relatio est unum ex 10 praedicamentis ergo cum participabit naturam entis realis ergo dabuntur aliqui relationes quae veram et realem habeant ~~entitatem~~ et non tantum convictam per illam.

Probatur 2o. Ens reale est illud quod independenter ab illo existit in rerum natura sed aliquis habitudo et respectus unius ad aliud dari independenter ab illo ergo dabitur aliqua relatio quae sit ens reale ma. et consequentia pat. pater ma. independenter ab illo dari pater et filius dominus et servus ergo eodem modo dabitur paternitas et filiatio sive relatio paternitatis et filiationis consequentia pat. non ~~est~~ n. potest dari ipsius fundamentum sine ~~[illegible]~~ [illegible]